Fragmentarium

ei omnia regna mundi et gloriam eorum. et
dixit ei. Hec omnia tibi dabo. ſi procidens
adoraveris me. Tunc dixit illi ihesus. vade
ſathanas ſcriptum eſt enim. Dominum deum
tuum adorabis. et illi ſoli ſervies. Tunc
reliquid eum dyabolus. ecce angeli ac
ceſſerunt et miniſtrabant ei. offertorium

Scapulis ſuis obumbrabit tibi dominus et ſub
pennis eius ſperabis ſcuto circumdabit te veritas

Sacrificium quadragesimalis [illegible] Deus.
initii ſollempniter immolamus te
domine deprecantes. ut cum epularum re
ſtrictione carnalium a noxiis quoque vo
luptatibus temperemus. Per.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi et ſub pennis eius
ſperabis ſcuto circumdabit te veritas eius. poſtcommunio.

Tui nos domine ſacramenti libatio ſancta
reſtauret. et a vetuſtate purgatos in
miniſterii ſalutaris faciat tranſire conſor
tium. Per dominum. feria ſecunda

Sicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum
ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum donec

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/20, fol. [1]v – Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-p0oo/6575/56086)